



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

An ex pecunia habita ex turpi lucro. parag. 5.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

doctrina propter rationes optimè jam allatas.

4. At verò quando fur aliam habet propriam, quam posset dare pro Bulla, ipse tamen pro Bulla furtivam det; valebit Bulla, quia tunc materiale quid est, dare hanc furtivam, cum jam cum illa fiat eleemosyna æquiva-

a Bardi. *In lente*. Ita Bardi. *A*

Bull. p. 2. 5. Præterea si loquamur de pecunia furtiva, quæ fuerit immixta cum alia propria fusc. 3. à nu. ris, ita, ut discerni nequeat, cum jam illa transferitur, propter illam unionem & mixtionem, b *Lib. 8. in* in dominium furis (ut dixi in libris Decalo-Decal. Tr. gib) potest utiliter ex illa dari eleemosyna, 3. c. 3. §. 4. remanente semper ipsi furi onere restituendi nu. 3. id, quod inique abstulit. Si ergo ex illa facere eleemosynam validè fur potest, validè con-

c Mendo in sequenter cum illa Bullam accipiet, unde & *Bull. d. 4.* illius Privilegiis fruetur. Ita c Mendo.

sap. I. n. 6. 6. Huc facit casus sequens. Titius furatus est V. G. decem Bullas à Depositario, easque distribuit Fidelibus, five pro eleemosyna ordinaria duorum Realium, five minus, retenta pro se pecunia; Inquit, An Fideles, qui, data ea eleemosyna, accipiunt bona fide Bullas, utiliter accipiunt?

7. Respondeo, accipere inutiliter, quia Bulla Privilegia conceduntur sub conditione eleemosynæ dandæ Regi in subsidium Belli contra Infideles, quæ eleemosyna hic non adest. Unde licet, dum bona fides durat, possint dicti Fideles vesci V. G. laeticiis, tamen, cognita veritate, non poterunt. Quod si bona fide absoluti fuere a reservatis, esto propter bonam fidem, absoluti ab ipsis indirecè fuerint, at, et cognita, debebunt ejuſmodi Penitentes de iisdem reservatis directam à legitimo Confessario absolutionem obtinere. De his absolutis bona fide vide multa à me d. *In lib. de Sacr. l. 5.* Ita in libris de Sacramentis.

de Penit.

t. de Cof.

ref. c. 12.

S. 3. à

nu. 7.

§. V.

An ex pecunia habita exturpi lucro.

1. **M**eretrix V. G. habens pecuniam ex meretricio, potest ne cum hac, Bullam utiliter accipere?

Respondeo. Potest: quia, quamvis illa peccaverit, dum eam, medio peccato, lucrata est, tamen pecunia sua est, suoque sub dominio, ut alibi satis explicitum, ergo de suo e-

leemosynam illam dat, dictisque Privilegiis Bullæ frui, merito potest. Idem dic in similibus.

§. VI.

An ex bonis creditis, vel ab alio datis?

1. **T**res h̄c sunt casus. Primus. Titus obtinet à Commissario Bullam credito, hoc est, promittit Titus, se post sex menses V. G. traditurum eleemosynam præscriptam, utiliter ne Bullam obtinet?

Respondeo, & Primò quidem Dico, manifestè inutiliter, si haber animum eam eleemosynam non tradendi, quia sic nullā tribueret. At si, ipso initio acceptioñis, animum habet tradendi (qui est casus propositus) Dico, utiliter; etiam pro iis prioribus mensibus, antequam promissum solvat. Ratio est, quia id concedit Commissarius Generalis apud e. *Mendo* Mendo, & mentò; obligare enim se ad dan- *disp. 14.* dam eleemosynam, eleemosyna est: Atque e. *nu. 4.* juimodi certè est comuniis praxis, idque cum emolumento Regis, nam sic multi Bullam accipiunt, quod non facerent, si numerato cogerentur pecuniam deponere.

Quod si quis habeat initio animū non tradendi, sed post sex menses V. G. mutet voluntatem, veliquę dare, tunc sanè à die, qua ejuſmodi bonam voluntatē habet, lucrari potest Privilegia Bullæ, usque ad finem anni durationis Bullæ, quia tunc jam legitimè pro illis posterioribus mensibus Bullam habet, quam legitimè antea non habebat. Ita f. Bardi. *f. Bardi*

Contra, si initio habuit intentionem tradendi eleemosynā, & postea transactis sex V. G. mensibus mutet voluntatem, nolitque eleemosynam elargiri, Dico, à die, quo non elargiri proponit, non lucraturum Privilegia, quia h̄c dantur sub conditione eleemosynæ, quamvis propter bonum animum solvendi, quod promisit, frui illis Privilegiis in prioribus mensibus potuerit.

2. Sed quid, si bona fide quis promisit, sed deinde, propter impotentiam inculpabilem, stare promissis non possit, fruetur ne toto anno Bullæ Privilegiis?

Respondeo. Fruetur, quia Privilegiū semel rite obtentum non potest tolli à superveniente impedimento inculpabili, nec Rex amittit hujusmodi eleemosynam, jam enim distributor Bullarum illa refacit, quando enim sic credito Bullas distribuit, ipse se obligat ad solvendum & ita declaravit ipse Commissarius.

3. Se